

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Milicia k cum uariis

Plerique rei militaris ignari pleniorē uictoriā credunt, si aduersarios aut locorum angustiis aut armatorum multitudine circumdederint ut aditum non inueniant recedendi. Sed econtra clausis ex desperatione crescit audacia et cum spei nichil est, sumet arma formido. Libenter cupit commori qui sine dubio scit se esse moriturum. Ideoque Scipionis laudata sententia est qui dixit uiam hostibus qua fugerent inueniendam. Nam cum abscedendi aditu patefacto mentes omnium ad prebenda terga consenserunt, multi more pecudum trucidantur, nec insequencium ullum periculum est, conuicti quibus defendi poterant, arma conuerterunt. Hoc genere quanto maior fuerit, tanto facilius multitudo prosternitur.

Vegecius ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

recedendi] abcedendi V² L¹ L²; econtra *om.* V² L¹ L²; sumet] sumit P V¹ V² L¹ L²; cum *om.* P V¹; abscedendi] abscondendi C; consenserunt] consenserint P V¹ V² L¹ L²; trucidantur] tracidantur B; conuicti] quum uicti V² L¹ L²; conuerterunt] conuerterint V² L¹ L², in fugam *add.* V² L¹ L²; fuerit] exercitus *add.* V² L¹ L²